



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 36. Episcoporum titularium caussa a Philadelphiæ Episcopo propugnata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Ad hujus Episcopi sermonem Simo- Sæcul. XVI.
 netta Cardinalis hæc reposuit: „Di- A.C. 1563.
 „ploma Pauli III. nunquam in usu fuit,
 „nisi quantum spectabat ad jus consi-
 „liarii, quantum vero ad cetera ejus-
 „dem revocatio postea est subsecuta:
 „equidem anno priori semel fuit latum
 „Judicis suffragium a Procuratore Ar-
 „chiepiscopi Salisburgensis, sed id ex
 „errore permisum, dum vero hic Pro-
 „curator illius revocationem postea
 „cognovit, non amplius id ab eo ten-
 „tatum est:,, ceterum Simonetta noluit
 absque necessitate mentionem facere
 duorum Diplomatū, quibus memo-
 rati Pontifices non tam irrita fecerant
 concessa jam privilegia, quam diserto
 interdixerant Procuratoribus utrumque
 juris in dicenda sententia genus, etiam si
 illud ipsis deberetur: cum id odiosam
 speciem præsetulisset, acsi Episcopis
 ipsorum jura tollerentur, violata com-
 muni lege.

§. XXXVI.

*Episcoporum Titularium caussa a Phi-
 ladelphiæ Episcopo propugnata.*

Subsequentibus postea diebus Leonar- Pallav. e.B7.
 dus Allerus, Episcopus Philadel- num. 9.
 phiae, Eistatensis Suffraganeus, ubi
 locum dicendi tenuit, primo acerbe
 questus est, tam male fuisse habitos
 in

Sæcul. XVI. in Patrum sententiis Episcopos Titula-

A. C. 1563.

res, qualis ipse esset, ac si in conferen-
dis Ordinibus, aliisque functionibus
ipsi Episcoporum munia non exercentur.
His adjecit, quod nunquam sibi, dum
pergeret ad Synodum a Pio IV. con-
vocatam, atque administratam ab hu-
jusmodi Legatis, & ex iis tam præcla-
ris Patribus conflatam, in mentem ve-
nerit, se ab illis tanquam membrum
inutile haberi.

§. XXXVII.

*Moronus Cardinalis Oeniponto Tri-
dentum reversus.*

Pallav. n. 11.

Cum interea hæ congregations ha-
berentur, Moronus Cardinalis die
decima septima Maji Oeniponto Triden-
tum venit, eademque die cuncta, quæ
cum Cæfare transegisset, ad Cardina-
lem Borromæum perscripsit, addidit-
que, quod potissimum suæ legationis
emolumentum fuerit optima opinio,
quam Ferdinandus Cæsar de summo
Pontifice, ejusque sincera mente con-
cepisset.

§. XXXVIII.

*Sessio ad decimam quintam Junii diem
prorogata.*

Pallav. n. 12.

Sequenti die decima nona ejusdem
Mensis habito conventu Patres de-
liberabant, qua demum die Sessio ce-
lebra-